

# Alte Drucke

**Dauidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Ivdicvm, Rvth, in  
Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ**

**Chyträus, David**

**Lipsiae, 1592**

**VD16 C 2504 T. II**

**Caput VIII.**

---

#### **Nutzungsbedingungen**

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

#### **Terms of use**

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

etis Esaiæ 58. Quasi tuba exalta vocem tuam, &c. extructas, Numeri 10. recitauimus. *Lagenas* כְּרִיכָּה Cados, hydrias, vasa testacea. *Lampades* לַמְּפָדָה faces, tædas seu lychnos ardentes, à λαμπτω, luceo, fulgeo, inde λαμπταδας, lucidissima stella, quæ oculus tauri vulgo dicitur, & Aldebaran, quod est ex αλεπιον id est, oculus tauri. *DOMINO & GEDEONI* יְהוָה וְגֵדֹעֲן erit victoria. Ellipsis, sicut postea gladius Domini & Gedeonis, vincet inimicos. *In omnibus castris* יְהוָה וְגֵדֹעֲן in toto exercitu. *Mutua se cæde truncabant* sicut Galatae apud Pausaniam in Phocicis à templo Delphico repulsi. *Vsg ad Bethseca* יְהוָה וְגֵדֹעֲן prope fontem flumij Cison. Ebraicè בֵּית סְכָא Domus spinarum. *Et crepidinem* Limitem, terminum. Crepido propriæ ora seu ripa fluuioli, quam alluens aqua crepitat. *Abelmeula* יְהוָה וְגֵדֹעֲן patria Heliæ Prophetæ, in tribu Manasse, 3. Reg. 19. Abel me Hola, luctus ægroti. *In Thebbath* יְהוָה וְגֵדֹעֲן iuxta Thebbath, Gutenstatt, בְּתַבְּתָה Bona, sic Thebae Boæoticae à bonitate soli & agrorum vberitate nomen habuerunt. *In omnem montem* יְהוָה וְגֵדֹעֲן in omnia montana populosissimæ tribus Ephraim, que Beniaminitidi & Iudeæ contigua, fructiferos colles & campos vberrimos possedit. *Bethhera* יְהוָה וְגֵדֹעֲן existimo Bethabaram seu trajectum Iordanis esse, vbi Iosua Iordanem cum populo Isæl transiuit. cuius Ioan. 1. 10. 11. & alibi mentio fit, vbi Ioannes Christum postea baptizauit, & miranda illa trium personarum diuinitatis patefactio edita est. Significat autem יְהוָה וְגֵדֹעֲן domum transitus, ab יְהוָה וְגֵדֹעֲן transiuit. Hic omissa y litera Bethbarah scribitur, sicut Ios. 15. 18. Betharabah, per metathesin literarum יְהוָה וְגֵדֹעֲן & ב domus deserti. *Duos viros* יְהוָה וְגֵדֹעֲן Principes Madian. *Oreb* יְהוָה וְגֵדֹעֲן coruus vel vastator Zeb יְהוָה וְגֵדֹעֲן Lopus, Psal. 83. Fæc illis sicut Madian, pone principes corum sicut Oreb & Zeb.

## Caput VIII.

**B**ORTITUDINIS bellicæ, diuino spiritu & fiducia præsentia & auxiliij diuini accensæ & arimatæ, & hostes Madianitas acri & intrepidæ animo & impetu aggredientis & profligantis exemplum, superioris capitï historia in Gedeone duce populi Isæl proposuit. Nunc idem Gedeon *Fortitudinis togatæ* specimen illustre præbet, dum magno & excelsø pectore, Ephraimitarum sociorum ac collegarum iniurias, exprobationes, calumnias, emulationem, & inuidiam perfert ac dissimulat, & publicæ salutis ac concordiæ causa condonat, nec fractus his sociorum iniurijs, cœptum præclare externos hostes depellendi cursum abrumpit, sed nihilominus in honesto proposito & virtutis ac publicæ salutis iuuâdæ cursu tenendo constanter perseverat. vt Themistocles, in bello aduersus Xerxē, σέτες μὲν πολεμίους αὐθεντία, τὰς δὲ συμμάχους, οἵγαρ ποτίνη, hostes, Persas fortitudine, socios verò æquitate animi & patientia vicisse dixit, & Romæ Fabius Maximus, collegæ magistri equitum obtrectationes & inuidiam dissimulat & tolerat, vt Reipublicæ saluti consulat. Non ponebat enim rumores ante salutem, Ergo postque magisque viri nunc gloria claret. Vtrumque enim fortitudinis officium est, & depellere armis ac propulsare iniurias & pericula, quæ Deus iubet propulsare: & rursus sustinere ac perferre iniurias & offendentes, quas lex Dei, propter Deum & Reipublicæ salutem ac concordiam, preferendas & condonandas esse iudicat.

cixviii

οῖντος καὶ θεῶς ταῦται, & Christus exemplum nobis reliquit, qui conuictus affectus non regeslit, 1. Pet. 2.

Sed in plerisq; heroicis naturis, quæ aīēr dēsūlēvēt, καὶ ὑπερέσχοι ἐμμενάται, λόγοι cupiunt, Semper ego cupio præcellere & esse supremus, tanta æmulatōnis & odiorum aduersus collegas, quos sibi præferri & se præstantiore duci, vel pari secum autoritate & potentia esse, vident, incendia sunt, ut premerem ac tollere æmulos quacunq; ratione, etiam cum manifesto Reipublīcæ periculo & euersione, studeant. Sic Themistocles Aristidem p̄emisit, Pericles, Cimonem; Agesilaus, Lysandrum. Pompeius Iulij Cæsar is potentiæ inuidens, bellum ciuile mouet. nec quenquam iam ferre potest. Cæsaric priorem, Pompeiusue parem. & postea, Antonius, omnia infīse cernens, vnum Augustum iuxta se: hunc etiam parem ferre non volens, se & imperium suum euertit.

Eo igitur admirabilior hoc loco GEDONIS modestia, mansuetudo, clementia & moderatio est, qui ab Ephraimitis iniuria adfectus, se ipsam vincit, & insolenter ac superbe secum expostulantes, molli responsione placat, & cedens eorum superbiæ ac iracundiæ placide tolerat, & laudibus in super ornatos sibi præfert, ne intestino dissiduo & certamine cum æmulis suscepit, victoriæ cursum impediret, & publicæ saluti obcesset.

II. Exemplum iusticiæ distributuæ poenarum & seueritatis Gedonis aduersus atrociter delinquentes Senatores oppidorum Soccoth & Phœnicii petulantes & contumaces, qui non modo panes seu commeatum exercitu pro communī defensione laboranti negant, verū etiam summum magistratum & principem suum, sarcasmis & fannis contumeliosis incēsunt, & Republicæ hostibus se æquiores & amiciores esse, quam Israëli & suo Principi ostendunt. Hos tanquam criminis læsæ maiestatis reos, iustitiae supplicijs debitissimis afficit, & quanquam in omnes animaduerteret summo iure poterat: tamen Æmanea iuris acerbitatē lenit, & multitudini ciuiū innoxiae parcens, Senatores tantum & autores præcipios trucidat, sicut Capuanos, qui belli Punici Itempore ad Annibalem defecerant, Romanis autoribus defectionis Senatoribus omnibus capitali supplicio adfecerunt, multitudine ciuiū conseruata, puniunt. In Sicilia cum Pompeius in urbe Hieronima, quæ defecerat, omnes ciues trucidare iussisset: prodijt Consul Republicæ Sthenis, & palam professus se solūm defectioni causam præbuuisse, id. oq; se solūm puniri, & ciuibus parci petens, hac ingenua confessione fecit Pompeium, ut ipsi & omnibus ciuibus vitam donaret. Repetantur autem hoc loco causæ cur atrocia delicta iustis supplicijs à magistratu pleuantur. 1. Mandatum Dei, Rom. 13. Non frustra gladium gerit. 2. Ut conspiciatur discrimen honestorum & turpium, quod Deus vult conspicere, ut agnoscamus Deum in stum & virtutis amantem, & à nobis ad Dei imaginem conditis, studiose et petendam & colendam esse. 3. Iusticia Dei, cuius haec æterna & immutabili norma est, ut homines vel obtemperent suæ legi, vel non obtemperantes horribiliter puniantur; Vindicibus flammis sibi nam contraria delet, Ipsæ iusticiæ regula sola manet. 4. Ut haec breves poenæ admoneant de æternis supplicijs sceleratorum. 5. Ut reuocent homines ad poenitentiam, sicut multiores & latrones occasione suppliciorū ad Deum conuertuntur, qui aliquando nunquam ad Deum rediissent. 6. Conseruatio politice societatis. 7. Exemplū, ut alij à similibus delictis deterreantur. 8. Ut in corpore, si quid est huiusmodi, quod reliquo corpori noceat, vri ac secari patimur, ut membrorum aliquod

aliquid potius, quam totum corpus intereat: sic in Reipublicæ corpore, ut totum saluum sit, quidquid est pestiferum amputemus, Cicero in Philippicis.

III. Ocio lecuris insidiosa nocent. Ut enim Madianitæ securi & sterentes à vigilantibus & intentis in omnes occasiones hostibus opprimuntur: ita David & alij, etiam magni & sancti homines, securi, in ocio & voluptatibus, à Diabolo, in tetros lapsus & calamitates præcipitantur. Homines enim nihil agendo mala agere discunt. Econtra nulla est hominis etiam nequissimi coercitio melior, quam assidua laborum & operis exactio. Est autem VIGILANTIA, virtus, quæ non modo corporis somnum ita moderatur, ne plus ei temporis tribuat, quam ad valetudinem tuendam opus est: verum etiam animi securitatem & stuporem, ac veternum negligentem labores vocationis, & veræ pietatis exercitia, excutit: & in quotidiana inuocatione, & cæteris vitæ consilijs & actionibus regendis, debitam attentionem, & assiduitatem præstat.

IV. λαός μὴ τίσει, πολύτερος ἐστὶ οὐμιλοῦ. Vulgus Israëlitarum nunc defert Gedeoni & filiis ipsius regnum. Paulò post mutata voluntate omnes filios Gedeonis interficit.

V. Insigne exemplum MODESTIAE in Gedeone regnum ad se à toto populo delatum recusantis, non tantum metu periculorum & molestiarum, quib. omnis quantumuis parua gubernatio plena est (sicut Demosthenes dixit, si duæ viæ sibi propositæ essent, altera ad summos honores & magistratus in Republica: altera rectâ ad mortem ducens; hanc se mox ingressurum esse) nec tantum infirmitatis humanæ sapientiae, industriae & virium conscientia, quæ huic difficilimo omnium in toto genere humano operi alios gubernandi longe impares sunt: sed quia sciebat formam gubernationis in populo Israël diuinitus constitutam, ut esset aristocracia, humanis consilijs non mutantandam esse, sed legem Dei dominam & restringem huius populi manere, ac Deum ipsum immediate salutares duces & gubernatores subinde excitare, sicut ipse à Deo immediate vocatus erat. Ideo modestissime inquit: Non dominabor vobis, nec dominabitur vobis filius meus, sed dominabitur vobis Dominus. Cogitemus autem, quam rara huius modestiae, regnum oblatum accipere renuentis, exempla in historijs extent. Eoque memorabiliora sunt, quæ de Germanicis principibus, in auorum & patrum memoriam incidentia, recitantur. nam Fridericus III. Saxonie dux oblatum sibi ab electoribus Imperium Germanicum constanter recusavit, & suffragio suo in Carolum V. Imp. transstulit, clarior fortasse contemptu quam fuisse adepto honore. Adolphus dux Slesvicensis & Holsatiæ postremus, oblatum sibi à proceribus Daniæ regnum, sororis suæ filio Christiano, Theodorici filio, comiti Aldenburgenſi commendatione sua attribuit, à quo præsens regum Daniæ familia Aldenburgenſis propagata est.

Boëmi & Hungari, defuncto Alberto, Ladislai posthumi patre cum Fridericu III. regem peterent. Absit, inquit, à me scelus hoc, ut patrueli meo paternam hæreditatem auferam. Suscipiens autem Hungariae regnum Vladislaus Polonus paulò post à Turcis ad Varnam cæsus est.

Fridericus I. marchio Brandenburgensis elector, imperfecto Vladislao, à Polonis vicinis in regem vocatus, Casimirum, inquit, habetis mortui regis fratrem. Quem si fortasse regnare tædet, ad me redite. Albertus etiam Bauariæ dux oblatum sibi Boëmia regnum recusavit, & de Ferdinando Aragoniæ rege, Alfonsi Magni patre historiam insignem recitat Pontanus

R lib. 2.

lib. 2. de Magnanimitate. Quo autem rariora sunt hæc exempla: eo maiori laude & prædicatione ornantur: Econtra verò infinita exempla, inordinatum ambientium, & per fas ac nefas rapientium regna, sine legitima vocatione, omnibus temporibus obvia sunt, vt Absolonis & similium, de quibus plenter Plato in τολματεια, inquit, επει κινδυνει πολις αιδεων αγαθων ει γενει, μη μαχητον αν ειναι το μη αρχειν, αστερες νων το αρχειν, si esset aliqua res publica virorum verè bonorum, haud aliter fugiendi Imperij gratia pugnatum iri, quam nunc imperandi cupiditate certetur. Ideo Alexander Seuerus, præfectus prætorij fecit, qui ne fieret, etiam fugeret: dicens, inuitos, non ambientes in Rempublicam collocandos esse.

V. Lapsus Gedeonis, cultum peculiarem, proprio consilio & bona intentione, sine verbo & mandato Dei instituentis: propter quem maxima calamitas posteritati ipsius accidit: primum de ingenti naturæ humanae & omnium etiam sanctorum imbecillitate, docet, qui leui occasione inteiros & horrendos lapsus incidere possunt. Ut Gedeon, Samson, David, Solomon: αμαρτια τε καὶ σοφὲ σοφωτερος. Nec est iustus in terra, qui faciat bonum, & non etiam peccet, αὐτὸς ἀνὴρ αγαθὸς ποτὲ μὲν κακὸς, αὖτε δὲ κακός.

Deinde, cum tanta sit Diaboli insidiantis humano generi potentia, etiam excellenti virtute & sanctitate præditos, & optimè de ecclesia mentes, Heroicos Doctores & Principes, in tetra scelera præcipites impellat, nec villa sit hominis perfecta & perpetua virtus sine Deo: emendantes tetram patitorum nostrorum securitatem vigilemus, & intenti simus in hostis nostri Diaboli, circumeuntis instar leonis rugientis, ut nos euertat, insidias; & deposita fiducia nostræ sapientiæ, & nostrarum virium, ardenteribus votis non à Deo protegi & gubernari petamus.

Tertiò, Admonent hæc summorum virorum peccata, de ingenti bonitate & misericordia Dei horribiliter lapsos primos parentes, Ruben, Iudah, Thamar, Aaronem, Gedeonem, Samsonem, Dauidem, Petrum, pœnitentiam gentes rursum in gratiam recipientis. Nemo igitur atrocitate suorum lapsorum impulsus, de Gratia Dei desperet: Sed in hæc exempla summorum hominum horribiliter lapsorum intuentes, pœnitentiam quoque eorum imitemur, & nobis etiam remissum & condonatum iri nostra peccata non dubitemus. Certus enim sermo est & firmissime amplectendus, quod Iesus Christus venerit in mundum, peccatores saluos facere, 1. Tim. 1.

Etsi autem Iosua, Samuel, Iosaphat, Daniel & pauci similes, qui domini studiosè retinuerunt, nec probris: ullis se & ecclesiam deformarunt, merito à nobis suspiciuntur & laudantur tamen primi parentes, Dauid, Petrus, latro in cruce, & similes, ad Deum conuersi, plus nobis consolationis aderunt, quia peccatores nobis similes, in gratiam à Deo recipi ostendunt, & exempla sunt regulæ: Viuo ego, nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & viuat.

VII. An liceat Cultus Dei proprio arbitrio & bona intentione, sine expresso mandato & verbo Dei instituere. Cultus Dei est opus à Deo mandatum, quod fit, prælucente vera agnitione Christi & fidei, hoc factum immediato aut principali, ut Deus honore affiliatur, hoc est, ut testimonium hunc vere esse Deum, quem sic colimus, & obedientiam ac gratitudinem nostram vero Deo debitam declaremus. Intentio in genere ei voluntas seu motus voluntatis ad finem certum, per aliqua media tendens. Bona intentio est actus voluntatis, ad bonum & Deo placentem finem, per legatum.

per legitima & iusta media progrediens. Dauidis intentio rapientis Bethsabeam mala est, quia finis malus est. Pauli ante conuersionē persequentis Stephanū, intentio speciem pietatis habet, quia obsequium & cultum Deo gratum se præstare arbitratur, sed media mala sunt. Non enim sunt facienda mala, vt consequātur bona, vt si quis furaretur, vnde eleemosynā largiri posset. Cūm autem Intentio sit motus voluntatis, necesse est prælucere in mente notitiam, quæ & finem bonum ac Deo placentem, & media recta ac pia, voluntati, ad agendū externa membra impellenti, monstret. Nec satis est mentē naturali luce, quæ obscura & coeca in ijs, quæ ad Deum pertinēt, nil nisi labi & errare & hallucinari potest, actiones voluntatis regere. Ideo normā actionum certam & immotā Deus præscripsit, de qua dicitur: *Lucerna pedib. meis verbum tuum.* Item, *Ego Dominus Deus vester, in præceptis meis ambulate.* In *præceptis patrum vestrorū, & cogitationib. vestris nolite incedere.* Frustrā enim colunt me mandatis hominum. *Deut. 12.* Quæ tibi præcipio, hæc tantum facito, non addas aliquid, neque minuas. Hæc dicta perspicuè ostendunt, Non licere Cultus *Dei*, seu opera & ceremonias, quibus honore afficiatur *Deus*, proprio consilio & arbitrio, quantumuis bona & sancta intentionis sit, sine expresso verbo & mandato *Dei*, eligere aut instituere, vel alijs tanquam cultum *Dei* necessarium præscribere. Cumque nullus sit cultus *Deo* placens sine Fide, *Ebr. 11. Rom. 14.* Omne quod non est ex fide, peccatum est: Fides autem solo verbo *Dei* nitatur: Peripicum est, non posse humano consilio, absque expresso verbo & mandato *Dei*, vllum opus aut cultum *Deo* placentem eligi.

Etsi autem de Gedeone, qualem cultum instituerit, non satis expresse præsens historia indicat: tamen siue ministerium colendi Deum per sacerdotes, pallio Ephod vestitos, & sacrificia, sicut ad arcam foederis, in Siloh colebatur: in patriæ tribus suæ oppido Ephra seruari iussit: siue monumentum & signum victoriæ de Madianitis partæ, Ephod illud suum esse voluerit, quod intuentes sui ciues, de miranda illa victoria, diuinitus per Gedeonem populo Israël tributa admoniti, ad gratiarum actionem erga *Deum* accenderentur: atque ita superstitioni vulgi, honores diuinos signo illi tribuentis, & sacrificia offerentis, occasionem præbuerit: peccasse, illum aduersus paulo ante recitatas Fidei & cultuum diuinorum normas, apparet. Itaque per bonam intentionem excusari nequit, cūm media ad finem colendi *Deum* directa, verbo *Dei* non præscripta nec mandata, ideoque ex Fide solo verbo *Dei* nitente, non sint profecta.

VIII. De Polygamia cap. 18. Leuitici explicatum est.

IX. De morte & humatione corporum.

X. De idololatria & idolo Baal, capite secundo diximus.

## NOMINA PROPRIA ET phrases octauicapitis.

**V**I<sup>RI</sup> Ephraim) Amplissimæ & populosissimæ tribus, quæ præcipuum robur Reipublicæ Israël fuit, vt Dauid Psal. 60. 108. gloriatur, meus est Manasse & Ephraim fortitudo capitum mei. Ideo cæteris tribubus se antefebat, vt hoc loco, insolenter & superbè cum Gedeone expostulant, quod ad societatem belli aduersus Madianitas non adhibiti fuissent. Significat autem מִרְאֵת fœcundum, fertilem, אֶתְרָיו fructum vberem tulit, crevit,

Chyly

Gen. 41. Quale vos fecistis ) captis regibus. Nonne melior est ratio  
mus (vna vua) Ephraim, vindemijis Abiezzer, minima pars tribus Ephraim, po-  
tentia & dignitate, & rerum gestarum gloria toti tribui Manasse antecellit  
Oreb) וְיַעֲרֵב Coruus. Zeb) זָבָן Lupus. Viros Soccoth) Ciues oppidi Soccoth, in os-  
tentali Jordanis ripa siti prope Mahanaim, ubi Patriarcha Iacob tabernacula  
la fit, Gen. 33. סְכוּת Succoth, tabernaculum. Zebee) זְבָה Zebah, victimum  
mactator. Salmana) סַלְמָא Zalmuna, Imago vaga vel prohibens umbra &  
frigerium. Forstian palme manuum Zebee) videris canere opinacion, & trophy  
um erigere, ante partam victoriam. Ironiae & sannæ σαρκασίης.

Venit in Phanuel) oppidum ad confluentem Iaboch & Jordanis situm, ubi Iacob luctatus cum filio Dei, inquit, se vidisse Dominum facie ad faciem. Inde nomen oppidi extitit פָּנְعֵל Facies D 1. Zebee & Salmana requie-  
bant) Ebraice בְּקַרְקָר Bekarkor, erant in Karkor oppido ad orientalem lori-  
nis ripam, non procul à fonte Arnonis fl. sito, in Mappa Palæstinæ scribi-  
tur Charchar. Per viam eorum, qui in tabernaculis morabantur non rectâ ac re-  
gia via, sed qua itur ad tabernacula Arabum in deserto habitantium. Ad or-  
ientalem plagam נֹבֶה Nobe) oppidi tribus Gad, prope Penuel, in tabula scribitur  
Nobach, נֹבָח Nobah, latrans. Alia est Nobe, ciuitas sacerdotum in tribu-  
da, non procul à Ioppe, cuersa à Saule, 1. Reg. 22. quæ scribitur literis נֹבֶה  
Nobeh, Propheta. Iegbaah) oppidū trib. Gad, Num. 32. in tabula Palæstinæ scri-  
bitur Iogbehah יָגְבָּה alta, sublimis, à נֹבֶה eminuit. Qui securi erant non es-  
timantes Gedeonem ea nocte assequi eos posse, sed Gedeon summa cele-  
tate totam noctem iter faciens, eos oscitantes & stertentes assequitur & op-  
primit, vt Alexander interrogatus, quomodo tam breui tempore res tan-  
gerere ac confidere potuisset? respondit Hesiodi versu, μὴ ἀναστάμωσεν  
εὐγενος, εἰς τὸν Φανέλ Arcem oppidi Phanuel, qua confisi petulari-  
tius se Gedeoni magistrati suo opposuerant. Thabor) montis & oppidino-  
men, de quo suprà Iud. 4. verf. 8.

Vnus ex eis quasi filius regis) vnuusquisque, seu singuli ex illis, regiam cor-  
poris maiestatem præ se ferebant, vt apud Homerum, Agamemnon humen-  
tenus eminet omnes. Iether) יְתֵר explorator, à יְתֵר vel abundans, à יְתֵר. Dom-  
nare nostri tu & filius tuus) Vulgus nunc defert Gedeoni & filii ipsius regnum.  
Paulò post mutata voluntate omnes filios Gedeonis interficit. In Gedone  
verò exemplum modestiæ, regnum oblatum recusantis, consideratione  
memoria dignum est, quod in locis doctrinæ annotau. Date mihi ian-  
res) annulos & alia ornamenta more illarum gentium ex auribus li-  
spensa, vel semicirculos ab vna aure ad aliam pertinentes, Die Gé-  
dinen Borten. Hismaëlis) propagati ab Hismaël filio Abraham, Agar, Nabathæi, Arabes, & cæteri à sinu Arabico & mari me-  
iterraneo, usque ad sinum Persicum habitantes populi, mixti Madian-  
itis & cæteris consanguineis, à fratribus Hismaëlis filij Abraham ex Ce-  
thura procreatis. Sunt autem ex posteritate Hismaëlis orti Agareni, q-  
se Saracenos postea nominarunt, vt ex Sara libera, non ancilla, progenie  
viderentur. Itaque omnes Mahometistæ, à Christianis in oriente Hismaë-  
lità hodie nominantur. הַסְנִיא exaudiuit Deus. Mille septingenti auri-  
cli) Siclus quatuor drachmas pendit. Erunt igitur 1700. sicli arge-  
ti, 850. Ioachimici. Auri verò sicli 1700. circiter viginti milia  
Ioachimicorum seu aureorum Rhenensium efficient. Na-  
propose

proportio valoris auri ad argentum iam duo decupla est. Pendit autem Siclus argenti dimidium Ioachimicum.

*Ephod* propriè cinctorum seu palliolum tegens humeros sacerdotum, significat, ab *תְּבִשֵּׁת* cinxit, constringit. Hic per Syncedochen, totum cultum seu ceremonias sacrorum & ritus colendi Deum nouos, verbo Dei non præscriptos, sed Gedeonis proprio arbitrio & bona intentione, ut loquuntur, institutos significat. *Fornicatusq; est omnis Israël*) Israëlitæ colentes Deum aliter, quam suo verbo se coli præcepit, fidem & obedientiam vni soli vero Deo debitam violârunt & idôlatræ facti sunt, sicut foemina rumpens conjugij foedus, fit adultera & fornicatrix, ideoque à marito merito abiicitur & repudiatur. *Quæcuit terra*) Metonymia continentis pro contento, homines in terra illa habitantes quieuerunt, seu pacem habuerunt, nullo armorum aut tubarum strepitu interpolatam.

*Abiit Hierobaat & habitauit in domo sua*) alienus ab omni ambitione, exercitum & imperij dignitatem, bello confecto & pace restituta dimisit, non Augusti exemplo, in sua potestate multis septennijs & decennijs continuatis, seruavit. *Hieroboal filius Iosas*) Gedeon, *יְהוֹבָאֵל*, Terubbal, vindicet se Baal, si est verus Deus, Iud. 6. 7. *Habuitq; septuaginta filios*) vt Masanissam Numidiæ regem 54. filios procreasse Valerius refert. Artaxerxis Mnemonis 112. filios Iustinus prodidit. nec pauciores fortè Hercules ex diuersis vxoribus suscepit. *In Sichem*) Sichem oppidum tribus Ephraim, Leuitarum collegio, & asylo, & regia sede Hieroboami, celebre: situm in monte Garizim, vnde fortassis nomen habet *שְׂכֵם* Sechem, humerus, sequenti capite solo æquatur. sed iterum instaurata sedes regum Israël aliquantis per fuit. *Abimelech* (cuius historiam sequenti capite audiemus. *אַבִימֶלֶךְ* pater meus rex.

*Mortuus est Gedeon in senectute bona*) vita longæua, prospera valetudine, integro vigore ingenij & sensuum, autoritate, dignitate, & tandem fine beato. Consentaneum enim est, Gedeonem ad Deum rediisse, & vitæ æternæ hæredem factum esse, sicut Ebr. 11. Abrahæ, & cæteris fide iustificatis, & hæreditatem promissam assolutis, annumeratur. *In Baalim*) De idolo Baal, illiusque cultu ab Israëlitis usurpato, suprà cap. 2. fol. 132. 133. & deinceps diximus. *Nec fecerunt misericordiam*) non vicissim benefecerunt familiae Gedeonis, non rependerunt beneficium à Gedeone acceptum.

*Omnia sunt ingrata, nihil fecisse benignè, est.*

## Caput IX.

*Historia tyrannidis Abimelech filij Gedeonis.*

LOCI DOCTRINAE  
PRAE CIPVL

R 3 I. HERO-